



Universitätsbibliothek Paderborn

**Generalis Totius Sacri Ordinis Clericorum Canonicorum
Historia Tripartita**

Pennotto, Gabriele

Coloniae, Anno M.DC.XXXXV.

III. De Sanctissimi Patris Nostri Augustini instituto, vera sententia
quibusdam Propositionibus explicatur, & ad illam probandam nonnulla
fundamenta constituuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38634

cundum Anachoritarum, tertium Sarabitarum, quod lingua Ægyptia Remoboth dicebatur. Rursum Epifolia 4. ad Ructum Monachum, in qua vita Monastice formam tradit; Monachos ab Vrbiis reuocat, ad Eremum inuitat, & cum Eremitis confundit. Similiter Cassianus, qui de Vita, & insitutio Monachorum, siue Eremitarum locupletissime scripsit, Hieronymi doctrinam fecutus est in Collationibus Sanctorum Patrum; nam collat. 18. cap. 4. & seq. cum D. Hier. tria Monachorum genera distinguit, Cenobitarum, Anachoritarum, & Sarabitarum. Collatione quoque 19. vocat Monachos tam profectores viri Anachoritæ, quæ Cenobiticæ. Demum ipse Cassianus, quem præter omnem dubitationem constat fuisse Monachum cenobitam, vel in ipso libri titulo de Institutis renunciantium vocatur Ioannes Cassianus Eremita. Nec igitur, unde Coriolano in mentem veneris distinctione de duplice genere Cenobitarum, Monachorum, & Eremitarum; cum potius est contrario tā Monachi, quam Eremita, distinguunt conuenienter in Cenobitas, & Anachoritas. Est vero hæc Coriolani distinctionem de duplice genere Cenobitarum apertissime contraria ijs, quæ Venerandi Patres Eremiti de ipso B. Augustino scribunt, probatione opus non habet, nam si B. Augustinus non fuit verè Monachus, sed Eremita, nec potuit dici Monachus accepto nomine Monachi propriè, ac strictè, sed solum largo modo, vt ille facetur, cur obsecro de Augustini Monachatu tantopere strenuerit etiam Augustini regulam non clericalem, sed monasticam appellari voluit? cur verba illa in Hymno B. Augustino cantari solito, *Tu de vita Cœlicorum sanctam scribis regulam mutant, eorum vice repentes. Tu de vita Monachorum sanctam scribis regulam?* cur demum Augustini Monachatum corū omnes libri resonant, si non propriè, & strictè, sed solum large Monachus dici potest?

CAPUT TERTIVM. De Sanctissimi Patris nostri Augustini Instituto vera sententia quibusdam propositionibus explicatur, & ad illam probandam nonnulla fundamenta constituuntur.

Vix sententia, quam censco verissimam, sequentibus propositionibus sic explicatur. Prima propositione. Beatus Augustinus tota vita fixa tempore, vixque ad presbyteratum fuit laicus, nec a laicu[m] regularis ordinis institutum professus est, nec habitum gestauit. Secunda propositione. B. Augustinus factus presbyter, Mona-

steriorum Clericorum mox insituit, & cum Clericis Canoniciis vixit vocabulo nunc Canoniciis regularibus vocatis, vixit tum in presbyteratu, tum etiam in domo Episcopali. Tertia Propositione. B. Augustinus verè fuit Clericus Canonicus, & vitam canonica[m] professus, habitum Clerico. Unum Canonicum non solum presbyter, verum etiam Episcopus gelauit. Ut illas assertiones verissimas esse ostendamus, Duo fundamenta etiam certissima nobis ante omnia constituta sunt, quorum primum hoc est.

Intra exeras regulas ad veras historias à falsis secesserendas à viris in arte perficiuntur traditas, omnium rectè sententiam consenserunt, certissimam illam esse, quæ in ipsa temporum ratione, & supputatione fundatur: quam S. Iohannes Chrysostomus, cum sead D. Pauli epistolas exponendas prepararet, adeo magnificenter, ut statim in principio operis scriperit. *Hunc Laborem (scilicet temporis una indagationem) nemo extra rem, nemè hanc indagationem superus ante introspectu esse poterit: consertem enim nobis non parum ad questiones explicandas ipsam Epistolarum temporum. Quemadmodum ab oppoſito ob eiusdem temporum supputationis neglectum multi multos, rosque grauiſsimos errores sibi incurruunt, vt loquitur Cardinalis Baronius tomo I. suorum Annal. sub anno 70. num. 30. sic adnotauit. Videas, quod se incaecumus, quantum consertat exacta in rebus per usumq[ue] in temporum ratio, sine qua interdum l[ib]i invenientios erroris nescire erit.* Hinc nos iuxta presentem regulam ad veritatem dictarum propositionum ex tenebris, quas nonnulli data opera illi obfundunt, in lucem eruendam, ipsa temporum ratione, & supputatione in primis vtemur.

Secundum fundamentum est. Omnis tempus vita B. Augustini, post illius baptismum à Possidio Calamenti in libro de vita, & moribus Augustini in tres partes fuisse distinctum. Prima pars illud tempus amplectitur, quo Augustinus vixit immeđate post baptismum usque ad presbyteratum exclusus. Secunda illud, quo vixit, postquam factus fuit presbyter, usque ad assumptionem ad Episcopatum, similiter exclusus. Tertia pars cetera relata, quum vita illius tempus ab assumptione ad Episcopatum usque ad illius obitum felicissimum. Quæ vixit Augustini divisionem ex codem Possidio cap. 28. sic accipe. Ante proximum vero diem infraimbat obitus sui a se dicitur, & edito recentiori libro suo eis, quos primo tempore conversionis sua adhuc laicos, sive quos presbyteri, sive quo Episcopus dicitur. Et quæcumque in ijs recognoscunt, aliter quam se habent Ecclesiastici regula, à se fuisse dictata, & scripta, cum adhuc Ecclesiasticum usum minus sicut, minusq[ue] intelligeret, à semetipso reprobata, & correcita fuit, hec Possidius, quæ

tanquam regula dicendorum diligenter pro oculistene-

ri debent,

(P) (O) (?) .

A 3 CAPUT